



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

Protestatio Avtoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

PROTESTATIO AVTORIS.

Cum Sanctiss. D.N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij Anno 1625. in S. Congregatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5 Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel relationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hæctenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censi approbata; Idem autem Sanctissimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod ijs nullà adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem: huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi obseruantia, & reuerentia, qua par est, insistendo profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle quàm quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romane Ecclesie aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

IOANNES NADASI
Soc. Iesu.